



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorvm Detestationem,  
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1649**

§. 14. Immensa Dei misericordia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](#)

uit: cui Angelus respondit, blasphemiam Alfonsi, vanamq; temeritatem diuina opera corrigeremolientis id meruisse. Et mandatum adiecit, ut ad regem accederet, eumq; ad pœnitentiam hortaretur.

Intelligitis, quanta sit bonitas Dei, in flagitosissimis etiam peccatoribus ad pœnitentiam vocandis? Vix credere potest tantam Dei patientiam, qui nescit quanta sit eius erga homines dilectio. *Incredibilis est vis amoris, si potentia coniungatur*, ait S. Gregorius Nazianzenus. Cum autem & amor, & potentia Dei sint infinita, fit ut immensa eius charitas illum perducat ad hominum salutem querendam & procurandam, per media, quæ non nisi infinita sapientia excogitare, nec nisi omnipotentia exequi potest. Quid mirum, si Deus Angelum ad militem, militē ad *Alfonsum* misit? Si ipse natura inuisibilis, homo visibilis fieri voluit, ut *peccatores vocaret*, vt velut *bonus pastor* ouem perditam in humeros imponeret, atque ad reliquum, in cœlo, Angelorum gregem portaret? Quanta autem diligentia, quot laboribus, per quot tormenta nos quæsiuit, totos triginta tres annos circumiens, noctes orando, dies concionando consumens, & cum hominibus

XIV.

IMMENSA  
DEI MI-  
SERICOR-  
DIA.

S. Grego-  
rus Nazi-  
anzen. in  
vita sua,  
quāipſe  
ſcripsit  
carmine.

Luc. 5.32.

Matth.  
18.12.

conuersando? quos beneficijs, & miraculis ad se pertraxit; pro quibus, in gratiarum actionem, est crucifixus. Et tamen etiam crucifixus, pro crucifixoribus orauit. Hoc fecit in terris præsens. Postquam in cœlos ascen-

S. Prosp.  
L. 2. de vo-  
cat. Gent.

dit, Apostolos, Euangelistas, Doctores misit; & mittit quotidie alios aliisque exhortato-

c. 62.

S. Greg.  
hom. 36.

res, immò, vt ait S. Prosper, *vnumquemque*

*hominem varijs modis vocat. Aliquando*, inquit

S. Augu-  
stin. lib. 1.

*S. Gregorius, eos vocat per seipsum, aliquando*

S. Greg.  
in Ewang.

*per Angelos, & interdum per homines suos mi-*

*nistros. Veréq; scripsit S. Augustinus, quiem-*

S. Augu-  
stin. lib. 1.

*cunq; ad Deum conuersum trahi miris modis.*

lag. c. 29.

*Quàm enim mirabilis fuit ille modus, vt Pe-*

*contr. duas epi-*

*stol. Pe-*

*militem ad regem mitteret? Non est alioqui*

*stol. Pe-*

*militum de pœnitentia concionari. Sed hac*

*ipsa de causa tantò debuit eius esse efficacior*

*oratio, quantò insolita magis solent percel-*

*lere.*

**XV.** Negari non potest, milites sanguini ac cæ-  
MILITVM dibus assuetos sæpenumero esse à pietate aliena-  
PIETAS, nos, nec enim Maro eos vocat tantùm *bar-*  
ET DVRI- *baros, verùm impios quoque dum ait:*

CIPVM *Impius hec, tam culta noualia, miles ha-*

QVORVN- *bebit?*

DAM. *Barbarus has segetes?*

Virgil.  
Eclog. 1.

Sed